

- 12 Sic oppugnatur civitas, quam Papienses Paleam
Vocant¹, set et^{1*} inveniunt et senciunt lapideam;
Quos incepisse penitet, dicentes esse ferream.
- 13 Viri qui intus² valentes in armis et astutia
Concremaverunt hostium cum viris edificia
Et deduxerunt plurimos de ipsis intra menia³.
- 14 Set qui pugnabant deforis videntes ista fieri
Amissa gente maxima procul cessere miseri.
'Quid faciemus?' inquit, 'abhinc non sumus liberi.'
- 15 At Lombardia prepotens istis occurrit obviam
Fugato cancellario⁴, ut vindicet iniuriam
Illatam suis sociis qui tenent Alexandriam.
- 16 Ordinate sunt ad bellum hinc et inde acies⁵,
Quas deducit atque tenet leonina rabies.
Sola distat inter⁶ eas planissima planicies⁷.

.⁸

17 Deus omnium creator
atque mundi gubernator,
Qui convertit Pauli mentem,
sic concordet istam gentem,
Ut non sit in eis bellum
neque aliquod flagellum!

18 Ibi pax est ordinata,
iuramentis et firmata.
Utrum vera sit, nescimus,
veram esse nos gestimus⁹,
Deo gratias dicamus¹⁰!
veram esse nos speramus.

8. Ueber die Handschriften der Imago mundi des Jacob von Acqui.

Nachdem zuerst Moriondi in den Monumenta Aquensia II, 133—174 umfangreiche Stücke aus der Chronik des Domini-

1) Das Wort ist in der Hs. irrig schon zum vorigen Verse gezogen.
1*) 'et' fehlt Hs. 2) 'qui intus' habe ich ergänzt. 3) 'in armenia' Hs. 4) Das ist mit starker poetischer Lizenz geschrieben. Ein Heer des Lombardenbundes war gegen Christian v. Mainz gezogen, der die von den Bolognesen besetzte Burg San Cassiano belagerte, konnte aber den Fall der Burg nicht mehr hindern. Der Umstand, dass dann der Kanzler die Romagna verliess, gab wohl den Vorwand zu diesem 'fugare'. 5) Dieser Vers und der folgende sind unregelmässig gebaut, nur 15-silbig mit trochäischem Rhythmus, aber wohl so vom Dichter geschrieben. Durch Einschlebung eines 'et' vor 'hinc' würde der erste freilich die volle Silbenzahl erhalten, aber dadurch hinkend gemacht werden. Der zweite würde durch Einschlebung von 'hic' vor 'leonina' die gewöhnliche Form erhalten. 6) 'intra' Hs. 7) Die von Casteggio. 8) Hier scheint wieder mindestens eine Strophe ausgelassen. Vergl. S. 494, N. 4. 9) 'gessimus' Hs. 10) 'dicimus' Hs.